Quelle: http://manuscripta.at/?ID=957
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



tricius qui cum classe constantinopolitana sedebat in uenetia pa
ce facta cum pippino rege. et inducias usque ad mensem aug. accep
tis statione soluta constantinopoli regressus est. et cel. impr
nat. d. aquis et pascha similiter. Anno. d. inc. dccc. viii.

Hyemps mollissima et pestilens erat. Vere inchoante.
impr numagiam adiit. et cel ibi pascha itum aquis repeda
um. Et nunciatum est ei godefridum regem danorum copias in abotridos
tiecisse. Adversus quem filium suum karolum cum exercitu misit
iubens uesano regi resistere. si saxonie terminos aggredi tem
ptare. Godefridus expugnatis aliquantis sclauorum castellis
cum magno copiarum suarum detrimento in patriam reversus est. nam li
cet drasaconem ducem abotridorum loco pepulisset godelaibum a
lium ducem dolo captum patibulo suspendisset abotridorum du
as partes sibi uectigabiles fecisset optimos
tamen militum suorum et manu promptissimos amisit. et cum eis
filium sui fratris nomine reginbaldum. qui in expugnatione cuiusdam op
pidi sui cum plurimis danorum primoribus interfectus est. Impratris fi
lius pontem iunxit. et exercitum cui preerat in linones et smel
dingos. qui et ipsi ad godefridum regem defecerant. quanta
potuit celeritate transposuit. populatisque circumquaque eorum
agris. transito itum flumine. cum in colomi exercitu in
saxoniam se recepit. fuerunt cum godefrido sclaui in eadem expe
ditione qui dicuntur wilzi. qui propter antiquas inimicicias quas
cum abotridis habere solebant. sponte se copiis eorum iunxe
rant. ipsoque in regnum reuertente cum preda quam in abotridis ce
perant. et ipsi domum reversi sunt. Godefridus uero prius quam reuerteretur
destructo emporio quod in oceani litore constitutum erat. et
lingua danorum rerich dicebatur. et magnam regno illius commo
ditatem uectigalium pro solutione prestabat. translatisque inde
negociatoribus. soluta classe ad portum quod lieswich dicitur. cum u
niuerso exercitu uenit. ubi per aliquot dies moratus. limitem reg